



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XLIV. Die Markgrafen Otto und Woldemar überlassen dem Kloster Chorin die beiden Slawischen Dörfer Ober- und Nieder-Liepe mit dem ihnen noch angehörig gebliebenen Winkel der Heide, am 12. März 1308.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

neat, prefens scriptum sigilli mei ac filiorum meorum duxi munimine roborandum. Datum Grifensberge, anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VI<sup>o</sup>., quarto Kal. Aprilis.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerckens Cod. II, 445.

**XLIII.** Die Markgrafen Otto und Woldemar versichern den Pfarrer zu Pinnow der Abgabefreiheit einer ihm von dem Abte von Chorin beigelegten Pfarrhufe, am 25. Juli 1307.

Nos Otto et Woldemarus, dei gratia Brandenburgenses, Lufatie et de Landesberge Marchiones, recognoscimus et ad singulorum notitiam tenore deducimus cum presenti, quod ob reuerentiam Dei et gloriose genitricis sue, nec non propter salutem animarum nostrorum progenitorum, plebanum in Pinnow a precaria mansi, quem honorabilis vir dominus Bruno, Abbas in Chorin, doti ibidem apposuit, dimittimus liberum penitus et exemptum. Volentes id eidem plebano a nostris veris heredibus inuolabiliter obseruari. In cuius euentiam presentes donauimus sigillorum nostrorum munimine consignatas. Datum Werbellin, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>., feria tertia in die beati Jacobi Apostoli.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerckens Cod. II, 446.

**XLIV.** Die Markgrafen Otto und Woldemar überlassen dem Kloster Chorin die beiden Slawischen Dörfer Ober- und Nieder-Liepe mit dem ihnen noch angehörig gebliebenen Winkel der Heide, am 12. März 1308.

Vt rei geste jugis memoria vigeat et perhennis, summe necessaria est descriptio ipsius, ne posteri obliuione moti denegare ualeant maturo priorum consilio stabilita. Hinc est, quod nos Otto et Woldemarus, dei gratia Brandenburgenses, Landesberge et Lufatie Marchiones, recognoscimus et ad uniuersorum crisi fidelium noticiam tenore presentium volumus peruenire, quod Cenobio Chorinenli Ordinis Cystericiensis et fratribus inibi Deo famulantibus duas Slauicales villas, quarum nomina sunt hec, videlicet Lypa inferior et Lypa superior, et angulum seu extremam partem Merice, que nostra fuit usque nunc, ut de cetero tota Merica simul et ville predicte cum terminis suis Claustri sint in perpetuum pleno jure, cum agris suis cultis et incultis, paludibus, stagnis, fluuiis, lacubus, riuulis, piscationibus, pratis et pascuis, lignis, nemoribus ac ceteris utilitatibus ex ipsis prouenientibus pari modo, quemadmodum ipsa possedimus ab antiquo, vendidimus atque damus cum omni libertate et proprietate possidenda jugiter et habenda. Renunciantes simpliciter omni juri, quod in predictis villis et in predicta merica huc usque habuisse dinoscimur, ita quod omnino nichil juris, actionis, precarie, iurisdictionis, seruicii aut aliquid talium nobis seu nostris heredibus legitimis seu successoribus de cetero competere possit vel debeat in eisdem. Sed ipsa cum omni iudicio tam majori quam minori, prout est premissum, ad predicti claustri fratres volumus remoto impedimento quolibet pertinere, Sic tamen, ut piscatura, sicut ab

antiquo fuit communis illis de Lypa cum illis de Oderberg et cum illis, qui morantur in vico, que dicitur Kiz, apud Oderberg sic adhuc debet esse communis, ita ut predictis in terminis illorum de Lypa et illis de Lypa in terminis predictorum cum paruis instrumentis, que vocantur Vlote, Rufen, Pouarde, clesnette, simili modo piscari liceat, sicut ab antiquo facere consueverunt. Predictorum autem bonorum termini incipiunt in monte acuto, qui communi nomine Sandberch vocatur, et ab eodem monte directe deorsum protenduntur usque ad signum comportatum ex terra et lapidibus iuxta aquam; ab hoc autem signo per directum versus austrum vsque in antrum lupi, ubi confluencia est aquarum ex antro lupi in Oderam. De hinc sursum per ipsum flumen, quod vocatur antrum lupi vsque ad terminum ipsius fluminis, et ab hinc ulterius versus aquilonem per directum vsque ad quercum signatam cum terra et lapidibus super montem, qui terminos merice et agri ciuitatis vinow diuidit et distinguit. Deinde directe inter agrum et mericam ad quercum, que signata est cum terra et lapidibus, item ulterius ad quandam quercum, que similiter cum terra et lapidibus est signata, et tunc ad quandam vibicem simili modo cum terra et lapidibus signatam, ab eadem autem arbore siue signo eodem ad quercum cum terra et lapidibus similiter signatam. Item ad quandam quercum, que sic cum terra et lapidibus est signata. Item ad aliam quercum signatam eodem modo cum terra et lapidibus et tunc iterum ad quercum de terra et lapidibus simili signo signatam; ab ista autem quercu siue ab hoc signo ad quandam pinum positam pro angulari signo, quod vulgariter dicitur ein hornemal, signatam etiam signo de terra et lapidibus comportato, et tunc versus occidentem procedendo devenitur in terminos antique distinctionis, vbi etiam de vna arbore ad aliam signa de terra et lapidibus sunt signata. Volumus igitur ne aliquis Aduocatorum nostrorum, Scultetorum, Bodellorum aut Officialium in terminis villarum predictorum et distinctionibus per nostros fideles Ludekinum de Anesdorp, Annam de Marcgreuendorp et Gryseconem, Aduocatum nostrum, ipsis fratribus de nostro Commissio distinctis et demonstrando assignatis Castra, pontes vel aliquid talium, quod in predictorum fratrum possit vergere detrimentum, construere nostro nomine audeat vel presumat. Ne igitur super huiusmodi facto per nos ordinato cuiquam in posterum dubium oriatur, presentes litteras super hoc confectas in euidentis testimonium et firmitatis robur scribi fecimus et nostrorum sigillorum appensionibus communiri. Testes vero huius facti sunt nostri fideles Conradus de Redere, Ludeko de Wedele, Henricus de Stegeliz, nostre curie Dapifer, Henningus de Blanckenborch, Gryfeco, Anselmus de Blankenborch, Theodericus de Kerkowe, milites, et quam plures alii fidei testimonio decorati. Actum et Datum Prenzlaue, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VIII<sup>o</sup>., in die sancti Gregorii.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gercken's Cod. II, 447. Es beruht namentlich in einem Schreibfehler, wenn diese Urkunde bei Gercken in die S. Georgii datirt ist.

#### XLV. Anderweitige Erklärung der Markgrafen über diese Schenkung, von demselben Tage und Jahre.

Vt rei geste iugis memoria vigeat et perhennis, summe necessaria est descriptio ipsius, ne posteri obliuione moti denegare valeant maturo priorum consilio stabilita. Hinc est, quod nos Otto